„Quid sit, quod experientia occasione ab aliquibus tentatum, quod falsas regulas dede[r]int, nimirum multi qualescunque argumentationes demonstrationum loco venditant, quæ videns existimavi non frustra operam collocaturum si certiora invenire conarer. Nam et usibus humanis utilem scientiam et ad naturæ contemplationem plurimum conducere posse visum est. De principio itaque inveniendò cogitare cepi diuque laboravi, cumque tandem reperissem licet certissimum ejusmodi tamen fuit ut verissima agnoscerem quæ circa materiam hanc à subtilissimo Galileo olim prædicta fuere, in Dialogis de Motu quos Italico sermone conscripsit. Ibi enim ut intricatissimam sibi et desperatam penè horum cognitionem testaretur, ita Sagr. &c. Hæc Galileus, qui quousque &c. hoc certe quod de infinito &c. Cæterum ad ipsas hypothèses progrediamur.”

Ajoutons que beaucoup de ce qu'il y a d'obscur dans les deux versions s'explique en consultant la Quatrième et la Cinquième Partie de l'Appendice I aux p. 99—107.

²⁾ Voir l'ouvrage mentionné dans la note 8 de la p. 99.

³⁾ Leçon alternative: „ingenium”.

⁴⁾ Voir les p. 112—113.

⁵⁾ Comparez les l. 13—15 de la p. 113.

⁶⁾ Voir le troisième alinéa de la p. 113.

⁷⁾ L. a.: „attendantes”.

⁸⁾ Au-dessus de ce mot on lit: „nixi” et „usi”.

hujusmodi¹⁶⁾. Recense. Hiscæ Cartesij regulis multi assensum præbuere haud scio verisimilitudine magis an auctoritate subtilissimi Viri Philosophi permoti. Sed me primum dubitare coegit nimia illarum cum experimentis¹⁷⁾ discrepantia nam quiescente sphaera ab æquali pulsam hanc ab ictu quiescere motumque omnem in illam transferri sæpissimè observaveram¹⁸⁾, atque alia præterea notaveram percussiois accidentia quæ superius recentui¹⁹⁾ longe diversa regulisque istis adversantia²⁰⁾. Deinde verò et ipsas inter se dissidere leges ipsius animadverti, quod hic obiter commonstrare expediet. Quinta nimirum docet quod si corpus majus B occurrat minori C quiescenti, aliquid de celeritate sua amittet. At ex lege secunda²¹⁾ si occurrat B eidem minori corpori C, venienti ex adverso cum pari celeritate, nihil amittet B de celeritate sua quæ quidem inter se pugnant, nisi dicamus corpori moto magis resistere corpus quiescens quam si ipsi ex adverso veniens impingatur, quod profecto absolum est.

Hiscæ itaque regulis minimè fidens de alijs cogitare cepi, omnibusque²²⁾ tentatis. Itaque diligentius hæc inspicere cepi tandemque²³⁾ veriora, uti existimo

¹⁶⁾ L. a.: „contingit”.

¹⁷⁾ Il s'agit probablement du choc des corps égaux traité e. a. par Marci; comparez la p. 307 de notre T. I.

¹⁸⁾ Au-dessus des mots „in errores incidunt” on lit: „devij feruntur” et „abducuntur”.

¹⁹⁾ Au-dessus de ces quatre mots on lit la version alternative: „Cartesius autem qui et ipse leges quasdam percussiois seu collisioni corporum constituit”.

²⁰⁾ L. a.: „vitijs”.

²¹⁾ Leçons alternatives: „suis adstipulentur” et „consentiant”.

²²⁾ Consultez à propos de tout ce passage la note 7 de la p. 101.

²³⁾ Voir la note 4 de la p. 101.

¹⁷⁾ Au-dessus de ce mot on lit: „eo quod reapse contingere videbam”.

¹⁸⁾ En effet cette expérience contredit la sixième règle que voici: „Sextò, si corpus C [voir la Figure de la note 4 de la p. 93] quiescens esset accuratissimè æquale corpori B versus illud moto, partim ab ipso impelleretur, & partim ipsum in contrariam partem repelleret: nempe si B veniret versus C cum quatuor gradibus celeritatis, communicaret ipsi C unum gradum, & cum tribus residuis reflecteretur versus partem adversam” (p. 69 du T. VIII (1905) de l'édition d'Adam et Tannery). Consultez encore le dernier alinéa (p. 118) de la Septième Partie, où Huygens explique pourquoi dans le jeu de billard la bille en question conserve souvent encore une petite vitesse.

¹⁹⁾ L. a.: „commemoravi”.

²⁰⁾ L. a.: „adversari videbam”.

²¹⁾ Voici la deuxième règle: „Secundò, si B esset tantillò majus quam C, cæteris positis ut priùs [savoir qu'ils se rencontrent avec des vitesses égales], tunc solum C reflecteretur, & utrumque versus sinistram eadem celeritate moveretur” (p. 68 du T. VIII de l'édition d'Adam et Tannery).

²²⁾ L. a.: „variisque”.

²³⁾ Au-dessus de „tandemque” on lit: „rationibus tandem”.

atque omnino certa inveni, quæque experientia non minus accurate comprobatur quam mechanicorum theorematum quodlibet¹⁾, notissimum quodque. Neque hoc²⁾ parum faceret ad aditruendum theorematum nostrorum veritatem si hujusmodi confirmatione opus haberent³⁾ nec manifestissimis quod faciunt⁴⁾ demonstrationibus niterentur ut nunc id tantum postulo, ut ij qui Cartesij regulas tueri conantur, non propterea falsas esse nostras arbitrentur, quod cum observatis consentiunt quia scilicet ob non⁵⁾ exquisitam duritiem materiae aliaque impedimenta⁶⁾ fieri possit ut diversum experimenta exhibeant quam quod illis remotis eventurum sit. Nam si hoc foret et falsæ⁷⁾ essent demonstrationes nostræ, mirum esset⁸⁾ si ita semper error alio errore aut defectu materiae compensaretur, ut quod prædicimus eventurum in occurfu corporum id eveniat⁹⁾. Cæterum et nos omnino dura corpora fingemus atque insuper omnia impedimenta quæ circumambiens aer adferre possit cogitatione seponemus. Quin et principia reliqua sive hypotheses quod attinet, aut ipsæ utemur quæ à Cartesio adhibitæ sunt aut certe non contrarijs.

Et¹⁰⁾ primum quidem statuimus corpus unumquodque, non considerata gravitatis proprietate¹¹⁾, tendere ut moveatur secundum lineam rectam, quaque celeritate semel motum est, eâ pergere moveri nisi ab alio impediatur.¹²⁾ Quod præter Cartesium, Galileus quoque et alij multi dixerunt¹³⁾.

Porro ad duritiem corporum et motus proprietatem attendentes, ponimus occurfu mutuo duorum corporum, motum omnem utriusque non interverti ad nihilumque redigi. Qua vero quantitate in singulis conservetur nondum definimus

¹⁾ L. a.: „quævis”.

²⁾ L. a.: „Atque hoc non”.

³⁾ Au-dessus de „opus haberent” on lit: „indigerent”.

⁴⁾ Les mots „quod faciunt” furent intercalés après coup.

⁵⁾ L. a.: „minus”.

⁶⁾ L. a.: „causasque alias”.

⁷⁾ L. a.: „vittiosæ præterea”.

⁸⁾ Au dessus de ce mot on lit: „utique”.

⁹⁾ L. a.: „minime fallat”.

¹⁰⁾ On trouve encore en marge: „Pag. 7. 12. 15. 28. 23”. Or, ces pages sont celles du Manuscrit de l'Appendice I, telles qu'elles furent numérotées par Huygens; voir la note 1 de la p. 92. La p. 7 correspond à la Quatrième Partie de cet Appendice jusqu'au deuxième alinéa inclus de la p. 103 du Tome présent; la p. 12 commence par le troisième alinéa de la p. 105 pour finir vers la fin du premier alinéa de la p. 106; la p. 15 comprend le texte des p. 110—111 depuis le deuxième alinéa de la p. 110 jusqu'au cinquième alinéa de la p. 111 inclus; la p. 28 s'étend du deuxième alinéa de la p. 124 jusqu'à la fin de la Neuvième Partie; la p. 23 enfin comprend toute la Huitième Partie (p. 118—120) à l'exception du dernier alinéa et de la phrase qui le précède.

nisi tantum in casibus hisce manifestis. Nimirum cum æqualia duo corpora æquali celeritate sibi invicem occurrunt utrumque eadem illa celeritate reflire¹⁴⁾.

Item duobus corporibus sibi mutuo occurrentibus, si post impulsum contingat alteri eorum omnem quem prius habuit motum conservari, etiam alterius motui nihil decedere neque adjici¹⁵⁾.

Ad hæc, quoties corpus majus minori quiescenti occurrit aliquem ei motum conferre, ac proinde de sua celeritate aliquid amittere¹⁶⁾.

Agemus autem de occurfu directo tantum hoc est quando motus et contactus punctum contingit in linea recta quæ corporum gravitatis centra connectit¹⁷⁾.

Denique, quod omnium maximi in sequentibus momenti erit, concedi petimus, ut corporibus duobus mutuo sibi occurrentibus etiam si alteri adhuc motui utrumque simul obnoxium fuerit haud aliter illa se mutuo repellant respectu ejus qui eodem quoque motu defertur, quam si omnibus adventitius iste motus abesset¹⁸⁾.

Veluti si quis navigio vehatur atque ibi sphaeras duas æquales æquali celeritate in se invicem impingere faciat suo nimirum et partium navis respectu; plane sicut contingeret si motu navigij neque sphaerulae nec qui eas movet deferrentur. dicimus æquali quoque celeritate utramque reflire oportere, neque id quisquam negabit qui sciat in navi quæ æquabili cursu provehatur cætera quæ ad motum spectant omnia eodem plane modo evenire, atque in navi quiescente aut in terra constitutis. Uti pridem et ratione et multiplici¹⁹⁾ experientia comprobatum est, namque ut recte Gal. refert²⁰⁾ et distillantæ aquæ guttæ in vas subiectum recta decidunt et projicienti quidpiam a puppi ad proram non majori nisu opus est licet effigere navis videri possit, quam si contra à prora ad puppim projiciatur, et in²¹⁾ quamcunque partem saltando²²⁾ æqualia spatia conficimus. Sed et quod ad impulsum

¹⁴⁾ Les mots en italiques furent soulignés par Huygens.

¹⁵⁾ C'est l',Hypothesis I" (p. 31) du Traité: „De Motu”.

¹⁶⁾ Comparez le dernier alinéa de la p. 105.

¹⁷⁾ Leçon alternative: „repelli”. Il s'agit de l',Hypothesis II" (p. 31) du Traité „De Motu” laquelle est identique avec la première règle de Descartes (voir la note 4 de la p. 93).

¹⁸⁾ C'est l',Hypothesis V" (p. 41).

¹⁹⁾ C'est l',Hypothesis IV" (p. 39).

²⁰⁾ Comparez le premier alinéa de la p. 33.

²¹⁾ Comparez l',Hypothesis III" (p. 33).

²²⁾ Leçon alternative: „quotidiana”.

²³⁾ On trouve le passage en question dans la „Giornata seconda” du „Dialogo sopra i due massimi sistemi del mondo”. Voir les p. 212—214 du T. VII (1897) de l'édition nationale, où l'on lit en marge: „Esperienza con la qual sola si mostra la nullità di tutte le prodotte contro al moto della Terra”.

²⁴⁾ L. a.: „versus”.

²⁵⁾ L. a.: „subsiliendo”.

attinet experiri licet, Etenim et pueri globulis lapideis plane ita ut in terræ planitie ludent. Et si ludum cum intra navim exercere velimus ¹⁾ quo in mentæ superficie globuli eburnei clavulis ex eadem materia ²⁾ confectis impelluntur, qualiter eorum collisione atque occurfu idem omnino fieri invenimus quod solet domi ludentibus. Qui verò terram moveri intelligunt ³⁾ etiam si nunquam periculum faciant, hæc tamen fieri debere minimè ambigent; Neque enim dubitant quin si stantibus super terram æquali celeritate globuli bini occurrerent conspiciantur, æqualiter quoque iidem resiliant sublatis videlicet aeris impedimentis ⁴⁾. Verum hic quoque globuli una cum spectatore motui telluris obnoxii sunt ⁵⁾, tantumque spectatoris respectu partiumque terræ æquali celeritate feruntur; neque magis hi reverà sic moventur quam illi qui intra navim æque celeriter ad occursum properare cernuntur ⁶⁾ ei qui una vehitur. Sed sicut horum par est velocitas respectu partium navis ejusque qui in ipsa consistit non autem respectu stantis in ripa, sic illorum quoque motus æquales sunt respectu partium terræ eorumque quæ super ea quiescunt, non autem respectu stellarum quæ fixæ dicuntur aut quorumlibet cæli punctorum quorum ad illas situs determinatur.

Ergo et progredientis navigij respectu quæ se mutuo celeritate quavis impellunt corpora, non aliter reflecti fatendum est ipsius navigij respectu quam terræ respectu ⁷⁾ similiter mota, terræ ejusdem respectu reflecterentur. Et profecto etiam si maximè velimus non aliter motum aut quietem corporum considerare ⁸⁾ possumus quam ad alia corpora ipsa referendo et si quis diversam rationem motus investiget, qua nimirum revera ac per se nullaque aliorum consideratione corpora moveantur, frustra se fatigabit incidetque in quæstionem quæ exitum non habet, dum quidem motum per mutationem loci comprehendere nitetur ⁹⁾, locum verò non aliter in infinita hujus universi extensione determinari ¹⁰⁾ inveniet quam à situ constante ¹¹⁾ inter corpora aut puncta quædam quæ quiescant, unde denuo horum

¹⁾ Leçons alternatives: „lubeat” et „placuerit”.

²⁾ L. a.: „item ex eborè”.

³⁾ L. a.: „concedunt”.

⁴⁾ On lit en encore en marge: „Exemplum si a funiculis pendeant ad malum; aut projiciantur. et hæc ita se habitura etiam si aer nullus esset”.

⁵⁾ L. a.: „motu telluris abripiuntur”.

⁶⁾ L. a.: „conspiciuntur”.

⁷⁾ L. a.: „super terram”.

⁸⁾ Au-dessus des sept derniers mots (à commencer avec „non”) on lit: „nihil quicquam de motu aut quiete corporum statuere”.

⁹⁾ L. a.: „imaginari conabitur”.

¹⁰⁾ L. a.: „definiri”.

¹¹⁾ L. a.: „permanente”.

locus definiendus erit. Nos autem tam perplexæ disputationi immiseri ¹²⁾ nihil opus sed si de navigio tantum hoc quod dictum est teneamus ¹³⁾, eodem scilicet modo ijs qui ipso vehuntur sphaerulas repercuti atque in terra stantibus ¹⁴⁾, hoc enim exemplum in demonstrationibus nostris ¹⁵⁾ ut eo magis sint perspicuæ ¹⁶⁾ frequentur usurpabimus.

Ad quas priusquam pergamus sciendum est quoniam spatia à diversis corporibus æquali tempore peracta motu æquabili, in eadem qua velocitates sunt ratione, quod per se quidem satis evidens videtur, et à Galileo accurate demonstratum est ¹⁷⁾. Ideo velocitatum rationem ratione spatiorum nos metiri quæ iisdem vel æqualibus temporibus percurfa ¹⁸⁾ sunt. Veluti cum simul corpus A moveri dicitur celeritate AC, et B celeritate BC, intelligendum est eodem temporis intervallo percurrisse A spatium AC et B spatium BC; velocitatibus eam inter se rationem tenentibus quæ est linearum AC ad BC.

[DEUXIÈME PARTIE.] ¹⁹⁾

THEOREMA I ²⁰⁾.

Si corpori quiescenti æquale corpus occurrat, post contactum hoc quidem quiescet, quiescenti verò acquiratur eadem quæ fuit in impellente celeritas ²¹⁾.

¹²⁾ Leçons alternatives: „ingredi” et „involvere”.

¹³⁾ L. a.: „tenendum”.

¹⁴⁾ L. a.: „experientibus”.

¹⁵⁾ Au-dessus des mots: „in demonstrationibus nostris” on lit encore „quo clarior evadat”. En choisissant cette leçon on doit faire suivre: „demonstratio nostra” et biffer „ut eo magis sunt perspicuæ”.

¹⁶⁾ Au-dessus des mots „eo magis sint perspicuæ” on lit: „capto facillimum”.

¹⁷⁾ Voir le commencement de la „Giornata terza” des „Discorsi e dimostrazioni matematiche intorno à due nuove scienze”, p. 191—193 du T. VIII de l'édition nationale des „Opere di Galileo Galilei”. On y trouve (p. 193) le Théorème suivant: „Si mobile temporibus æqualibus duo pertranseat spatia, erunt ipsa spatia inter se ut velocitates. Et si spatia sint ut velocitates, tempora erunt æqualia”.


¹⁸⁾ L. a.: „decursa”.

¹⁹⁾ Tandis que la Première Partie constitue l'esquisse d'une préface pour le Traité „De Motu”, cette Deuxième Partie correspond au Traité lui-même. Souvent les deux textes sont presque identiques ou ne diffèrent que sur des points secondaires, auquel cas il nous semble suffisant de renvoyer le lecteur au Texte du Traité qui précède; sauf à indiquer les différences de quelque importance.

²⁰⁾ Voir (p. 33) la „Propositio Prima” du Traité „De Motu”.

²¹⁾ On lit encore en marge: „exemplum van de schuyftafel”; ce que nous croyons

Quiescenti ¹⁾ A corpori occurrat equale corpus B celeritate BA, dico hanc omnem translatum iri in corpus A, ipsum vero B à contactu motus expers manfurum.



Dividatur recta BA bifariam in D, et Ponamus respectu navigantis cum quem diximus motum contingere ut nimirum ipsius respectu corpus A immotum consistat, corpus vero B dextra versus tendat celeritate BA; ipse vero interim cum navi eodem tempore sinistram versus pergat celeritate AD quæ est dimidia celeritatis BA. Igitur ejus qui in ripa consistit respectu, corpus A sinistram versus movebitur celeritate AD, quoniam respectu navigij quiescit; corpus vero B ejusdem spectatoris respectu feretur dextram versus celeritate BD, quia respectu navigij ferebatur celeritate BA, dum simul navigium in contrariam partem tendit celeritate AD. Itaque dicto spectatori utrumque corpus pari celeritate collidi conspicitur unde et eadem utrumque qua venit celeritate resiliere ipsius quidem respectu oportet. Itaque post impulsum, corpus A moveri videbit dextram versus celeritate DA, navigium autem eadem celeritate AD sicut prius ferri in partem contrariam. Unde necesse est corpus A respectu navigij et vectoris moveri celeritate dupla DA, hoc est celeritate BA, nempe eadem qua prius corpus B ferebatur. Ipsum vero B, quoniam, stans in ripa respectu, post impulsum sinistram versus movetur celeritate DB, atque ipsum quoque navigium eadem celeritate in eandem partem fertur, appareat respectu navigij et vectoris quiescere debere.

Igitur ostensum est si respectu ejus qui vehitur navi æquabiliter progrediente corpori A quiescenti occurrat corpus B, à contactu hoc ejusdem vectoris respectu quiescere, illi vero omnem acquiri motum. Quare etiam in quiescente navigio, aut super terram experienti idem accidere debere constat.

ALITER ²⁾.

devoir traduire: „exemple de la table où l'on fait glisser [des disques]”. Il s'agit probablement d'un jeu semblable à celui des „grandes dames” à propos duquel nous citons le passage suivant d'une lettre du 1^{er} avril 1647 du Frère Gabriel Thibaut, Minime, à Mersenne: „Dans la p. 61 [des „Principia Philosophia” de Descartes, ouvrage de 1644, mentionné dans la note 4 de la p. 546 de notre T. II], il dict: si corpus quiescenti c esset accuratissimè equale corpori b versus illud moto, partim ab ipso impelleretur et partim ipsam in contrariam partem repelleret. Ce qui est faux, comme on peut experimenter au jeu de billard. Car, lors qu'on jette une boule contre une autre, e. g. b contre c, la boule b poussera la boule c et demeurera immobile. Nous experimenterons le mesme, quand nous joignons aus grandes dames sur les tables du resector; car bien souvent une dame, poussée contre une autre, demeure immobile au mesme lieu ou elle la touche” (voir la p. 70 du T. V de l'édition des Œuvres de Descartes” d'Adam et Tannery).

¹⁾ La démonstration qui suit diffère de celle du Traité (et aussi de celles qu'on trouve aux


THEOR. 2 ³⁾.

Si corpora duo æqualia inæquali velocitate lata se mutuo impellant, permutata invicem celeritate post contactum ferentur ⁴⁾.

THEOR. 3 ⁵⁾.

Corpus quamlibet magnum quiescens à quamlibet exiguo corpore et celeritate qualicumque impactu movetur.

Quiescat A et occurrat ipsi corpus minus B, celeritate quavis BA. Ostendendum est percussu hujus moveri corpus A. Ponantur rursus hæc in navigio contingere nempe ut in ipso quiescat A, et B moveatur celeritate BA dextram versus; ipsum vero navigium prætervehatur celeritate eadem BA sed in contrariam partem. Itaque ripæ respectu B quidem immotum stabit, A vero movebitur versus ipsum celeritate AB. B autem minus est. Ergo pelletur



pp. 93—94, 109 et 121—122) en ce que les mouvements décrits dans le Théorème sont supposés avoir lieu par rapport au bateau et non pas par rapport à la rive; c'est pourquoi nous l'avons reproduit.

- ²⁾ Dans cette deuxième démonstration Huygens commence par faire mouvoir les deux corps avec des vitesses égales mais contraires par rapport au bateau pour examiner ensuite ce que les mouvements avant et après le choc seront pour un spectateur placé sur la rive. Sur ce point elle diffère donc de la première et s'accorde avec les démonstrations citées dans la note 1. Puisque d'ailleurs l'artifice, employé dans le Traité, des mains qui se joignent, n'est pas appliqué, ni celui des points correspondants sur des lignes parallèles (voir la p. 121), elle ressemble parla forme à celle des p. 93—94 et à celle de la p. 109—110. Il n'a donc pas semblé nécessaire de la reproduire.
- ³⁾ Comparez (p. 37) la „Propositio II” du Traité.
- ⁴⁾ La démonstration fut biffée au crayon. Elle diffère de celle du Traité en plusieurs points: 1^o les mouvements considérés dans le Théorème sont supposés avoir lieu par rapport au bateau et non pas par rapport à la rive comme dans le Traité, 2^o le bateau se meut (dans le cas où les deux vitesses sont de direction contraire) avec une vitesse égale à la moitié de la différence des deux vitesses dans le sens opposé à la plus grande, de sorte que c'est par rapport à la rive que les deux corps se meuvent avec des vitesses égales mais contraires, 3^o l'artifice des mains qui se joignent n'est pas employé, 4^o le deuxième cas où les vitesses sont dirigées vers le même côté (voir le deuxième alinéa de la p. 39) est traité avec le même détail que le premier. Nonobstant ces différences nous croyons pouvoir supprimer cette démonstration puisque les trois premières différences correspondent exactement à celles qui existent entre la démonstration, que nous venons de reproduire (p. 143—144), du „Theorema 1” et celle de la „Propositio I” du Traité.
- ⁵⁾ Comparez (p. 39) la „Propositio III” du Traité.

ab A ejusdem ripæ respectu aliquid propterea de motu suo amittet ¹⁾ ideoque non continuabit celeritatem eandem AB qua prius finitrosam movebatur. Atqui navigium semper finitram versus pergit celeritate AB. Ergo navigij respectu feretur A post impulsum dextram versus, quum prius in ipso quieverit. Sicuti autem in navigio progrediente ita ubivis contingere necesse est ²⁾.

THEOR. [4] ³⁾.

Quoties duo corpora inter se colliduntur eadem est mutuo respectu discedentibus celeritas quæ fuit appropinquantibus ⁴⁾.

THEOREMA 5 ⁵⁾.

Corpus majus minori quiescenti occurrens minorem ei velocitatem dat quam suæ duplam ⁶⁾.

THEOR. 6 ⁶⁾.

Si duo corpora eadem celeritate singula ad se mutuo revertantur qua ab impulsu resilierunt ⁷⁾, singula post alterum impulsum eandem acquirunt celeritatem qua ferebantur ad occursum primum ⁸⁾.

¹⁾ Comparez (p. 39) l'„Hypothesis IV“ du Traité. Dans l'Appendice présent on la trouve parmi les suppositions formulées dans le deuxième alinéa de la p. 141.

²⁾ On voit que les mouvements considérés dans le Théorème sont supposés avoir lieu ici par rapport au navire et dans le Traité (comme aussi aux p. 128—129) par rapport à la rive.

³⁾ Comparez (p. 43) la „Propositio IV“ du Traité.

⁴⁾ À part la ponctuation et quelques autres particularités sans importance réelle la démonstration correspond textuellement à celle qu'on trouve dans le Traité.

⁵⁾ Comparez (p. 51) la „Propositio VII“ du Traité; voir pour les Propositions V et VI les Théorèmes 6 et 7 qui suivent.

⁶⁾ Comparez (p. 47) la „Propositio V“.

⁷⁾ Au-dessus des mots: „se mutuo revertantur qua ab impulsu resilierunt“ on lit: „occursum revertantur qua ab occurso discessere“. Remarquons que cette leçon alternative est à peu près celle qui fut adoptée dans le Traité.

⁸⁾ Comparez (p. 49) la „Propositio VI“.

⁹⁾ Comme dans les cas des trois théorèmes précédents la démonstration de ce théorème ne diffère pas sensiblement de celle de la Proposition correspondante du Traité; mais ici elle est suivie par les considérations que voici, qui ont été supprimées dans le Traité: „Contrarium huic theoremati à Cartesio assumptum est principij loco, statuit enim eandem

THEOREMA 7 ⁸⁾.

Corporibus duobus sibi mutuo occurrentibus non semper post impulsum eadem motus quantitas in utroque simul sumpto conservatur, quæ fuit ante. Sed vel augeri potest vel minui ⁹⁾.

Sicuti de corporibus æqualibus ¹⁰⁾.

THEOR. I ¹¹⁾.

Si corpora duo sibi ex adverso occurrant quorum magnitudinibus eorum celeritates contraria ratione respondeant, utrumque eadem qua accessit celeritate resiliet ¹⁾.

semper motus quantitatem conservari [voir la note 1 de la p. 49] quod sane admodum verisimile videri queat. Atamen admittendum non esse si simpliciter sic proponatur manifestum fecimus. Si verò eandem semper motus quantitas servari dicamus inque eandem partem, omnino verum erit potestque ex sequentibus demonstrari. motus tamen quantitate in hanc vel illam partem sic computata ut addantur in unum quantitates motus quas singula corpora constituunt si in eandem partem utrumque moveatur; si vero in contrarias, ut auferatur quantitas minor à majori. Nempè si magnitudinis A ad B sit ratio ea quæ 7. ad 2. ratio autem celeritatis qua A versus dextram pergit ad celeritatem quæ B fertur in partem contrariam ea quæ 5 ad 4. Erit 35 motus quantitas quam constituat A in partem dextram quam vero constituat B in partem sinistram erit 8. quæ ablata de 35 quoniam in contrarias partes corpora [sic] supererit 27 motus quantitas in partem dextram.

Post occursum vero perget corpus utrumque sicut in sequentibus demonstrabitur dextram versus, A quidem celeritate 1, B vero celeritate 10. Unde A cuius magnit. erat 7 constituat motus quantitatem 7; B vero cuius magnitudo 2 constituat motus quantitatem 20. Atque ita in partem dextram sicut ante occursum efficietur motus quantitas 27 ²⁾.

Ajoutons que les premières lignes de ce passage furent bifées au crayon dans le Manuscrit. ¹⁰⁾ Voir pour ce qui suit les pp. 51 et 53 qui précèdent, savoir à commencer avec les deux dernières lignes de la p. 51 jusqu'aux mots „jam demonstrari poterit“ y compris. Ajoutons qu'on lit en tête de tout ce passage la suscription, bifée depuis: „Liber II“.

C'est dans ce passage qu'on rencontre le renvoi à l'„Horologium oscillatorium“ que nous avons discuté dans la note 3 de la p. 52. On y rencontre de même, en marge, la petite figure que nous avons reproduite dans la note 1 de la p. 54.

¹¹⁾ Savoir „Theor. I“ du „Liber II“, voir la note précédente. Comparez (p. 53) à propos de ce Théorème la „Propositio VIII“ du Traité.

THEOR. ¹⁾.

Celeritas quam majus corpus dat minori quiescenti, ad eam quam simili velocitate minus imprimit quiescenti majori eandem habet rationem quam majoris magnitudo ad minoris magnitudinem ²⁾.

PROBLEMA ³⁾.

Duobus corporibus inæqualibus, quorum utrumque movetur, sibi mutuo occurrentibus, datâ utriusque magnitudine et motu invenire celeritatem qua singula post occursum ferentur ⁴⁾.

¹⁾ Comparez (p. 71) la „Propositio X” du Traité; voir pour la Prop. IX le „Problema” qui suit.

Ajoutons que le présent Théorème est précédé dans le Manuscrit par deux autres qui furent biffés ainsi que leurs démonstrations, le premier au crayon après qu'il avait été modifié de manière à s'adopter aux deux cas, et le deuxième à la plume. Voici ces théorèmes:

1°. Si majori corpori quiescenti minus corpus occurrat, sicut utriusque simul magnitudo se habet ad duplam occurrentis magnitudinem, ita erit hujus celeritas ad celeritatem quiescenti acquisitam ex impulsu. Sicut autem idem magnitudinum aggregatum ad eandem differentiam ita erit celeritas occurrentis ad eam qua hoc ipsum ab occursum movibetur resiliendo in partem contrariam.

2°. Si minori corpori quiescenti majus occurrat, sicut se habet majus cum minori ad majus ita erit dupla celeritas qua ferebatur majus ad celeritatem minori quæsitam ex impulsu. Sicut autem idem aggregatum corporum ad eorundem differentiam ita erit celeritas qua ferebatur majus ad eam qua post occursum continuabit motum in partem eadem.

Quant aux démonstrations il suffit de dire qu'elles s'accordent en principe avec celle qu'on trouve aux p. 65—69. Elles sont seulement simplifiées par la circonstance que dans le premier théorème le point D coïncide avec B et dans le deuxième avec A. Remarquons, pour éviter tout malentendu, que l'artifice des mains qui se joignent n'est pas employé.

²⁾ À part la ponctuation et quelques autres particularités sans importance réelle la démonstration correspond textuellement à celle qu'on trouve dans le Traité.

³⁾ Comparez (p. 65) la „Propositio IX”.

⁴⁾ La démonstration diffère de celle qu'on trouve dans le Traité (voir les p. 65—71) en ce que l'artifice des mains qui se joignent n'y est pas employé et que, comme nous l'avons constaté déjà dans la note 4 de la p. 69, la dernière partie, où Huygens indique une manière simple de calculer les vitesses après le choc, y manque. En outre il y a encore quelques autres différences d'importance tout-à-fait secondaire.

THEOREMA ⁵⁾.

Duobus corporibus sibi mutuo occurrentibus, id quod efficitur ducendo singulorum magnitudines in velocitatum suarum quadrata, simul additum, ante et post corporum occursum, æquale invenitur. Si videlicet et magnitudinum et velocitatum rationes in numeris lineisve constituentur ⁶⁾.

LEMMA ⁶⁾.LEMMA 2 ⁷⁾.[THEOREMA] ⁸⁾.

Si quod corpus corpori majori vel minori quiescenti obviam pergat, majorem ei celeritatem dabit per interpositum corpus mediæ magnitudinis itidem quiescens, quam si nullo intermedio ipsi impingatur. Maximam vero celeritatem tum conferet cum corpus interpositum fuerit medium proportionem inter extrema ⁹⁾.

THEOREMA ⁹⁾.

Quo plura corpora interponuntur inter duo inæqualia quorum alterum moveatur alterum quiescat eo major motus quiescenti conciliari poterit. Maximus autem per unamquamque interpositorum multitudinem ita conferetur si interposita cum extremis continuam proportionalium feriem constituent ¹⁰⁾.

⁵⁾ Comparez (p. 73) la „Propositio XI”.

⁶⁾ Voir pour ce lemme et sa démonstration le „Lemma I” (p. 77—79).

⁷⁾ Voir le „Lemma II” et sa démonstration (p. 79—81).

⁸⁾ Voir (p. 81) la „Propositio XII”.

⁹⁾ Comparez (p. 87) la „Propositio XIII” du Traité.

¹⁰⁾ Cette fois encore la démonstration qui suit correspond presque textuellement avec celle du Traité (p. 87—89). Seulement, comme nous l'avons déjà indiqué dans la note 1 de la p. 90, le dernier alinéa (p. 91) du texte du Traité manque dans le présent Manuscrit.